


Discursus Studenticus ...


Pensum Quintum : De Duplici Studiosorum Genere, Altero Corpus, Non Ingenium; Altero Ingenium, Non Corpus Exercente Ad ... Dominum Georgium Christophorum, Phil. ac. Med. D. ... In Academia Varniaca Anno MDCCXXXIII. d. 13. Octobris Augustissimis agredientem auspiciis, dirigebant Pomerani hoc ipso Evsebeian Memnyontes

Rostochii: Adler, 1733

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612110>

Band (Druck) Freier  Zugang






MK-7973^a.



262

Fr. Bachmann



15 Briefen

1732-75

Wol. micrum

M. - Bibe. hat unsern Teil!

PENSUM QUINTUM
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΙΧΕΥΤΙΚΟΤ
DE
DUPLICI STUDIOŒORUM GENERE;
ALTERO
CORPUS, NON INGENIUM;
ALTERO
INGENIUM, NON CORPUS
EXERCENTE

AD
VIRI

PRÆNOB. EXPERIENTISS. AMPLISS. EXCELLENTISS.
DN. GEORGII DETHARDINGII,

Med. D. & Prof. Publ. Ordin. longe Celebratissimi,
Jama
a

REGIA DANORUM MAGESTATE
IN HAFNIENSI ACADEMIA
Med. Prof. Publ. Ordin. Regique Consistorii Assessoris
vocati, constituti,

POMERANORUM

Patroni nunc Desideratissimi

FILIUM,

Æmulatorem Paternorum Meritorum Felicissimum,

VIRUM

PRÆNOBILISS. EXPERIENTISS. EXCELLENTISS.
DOMINUM

GEORGIUM CHRISTOPHORUM
DETHARDINGIUM,

Phil. ac Med. D. Meritissimum,

Anatom. ac Super. Mathemat.

PROFESSIONEM PUBLICAM ORDINARIAM

IN ACADEMIA VARNIACA

Anno MDCCXXXIII. d. 13. Octobris

Augustillimis agredientem auspiciis, dirigebant

POMERANI

hoc ipso

Ἐπιβίβειαν Μενύουτες.

ROSTOCHIL, Typis IO. IAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



PRÆLUSIO.

Utrum hæc omnia, quæ propinamus Studiosis, suavissimo quodam Styli nectaredelibuta sint, dubitantes, principium ipsum rerum scribendarum sit finis exoptaremus. Ast quicquid est, cum coepta sint prosequenda, ut ne videamur mente nostra volvi diu ac revolvi, ad felicem pereurrat calamus finem. Agat igitur Sectio I. de Studioso corpus, non Ingenium exercente II. de Studioso Ingenium non Corpus exercente III. de Præstantia Exercitiorum alterutrius & quidem Ingenii.

SECTIO I.

DE STUDIOSO CORPUS, NON INGENIUM EXERCENTE.

§. I.

Ad *Corpus* quod est, sic hujus Exercitia in Academiis proh dolor! Exercitiis *Ingenii* haud raro præferuntur. Quo tendit Celeberrimus JCtus DN. J. F. POLAC cum in $\pi\sigma\sigma\theta\omega\upsilon\eta\tau\iota$ ad Virum Egregium nitidissimæ Diss. Jurid. de Eminentioribus Ducatus, Ducumque Lotharingia Prærogativis genuinum Autorem, ejusdemque sub Præsidio Consultissimi Viri J. GOTTL. HEINECCII strenuum Defensorem, CHRISTIANUM HENRICUM ENGELKEN, qui Nostrum jam electum RECTOREM MAGNIFICUM, suum Patrum Dulcissimum exosculatur, directa, inter alia sic de hodierna Studioforum facie, *his temporibus*, inquit, *plerique Corpus, pauci ingenium digne satis exercent.* Nil nisi verum dixisse Virum Clarissimum putamus. Quip-

pe



pe in aprico est, plures cum BEOTIIS (a) magis firmitati corporis, quam ingenii inservire.

(a) *Corn. Nep. Alcibiad. Cap. XI. §. 3.*

§. II.

Ex quibus pateat facillime, nos non verba facturos esse, de *Corpore Canonum* (a); nec de *Corpore Doctrina* (b); nec de *Corpore Militum*, ex quo olim *Eumenes* apud *Justinum* (c) eligebatur Dux; neque de *Corpore Juris*; sed tantum de *Corpore hominis* anima rationali donato.

(a) J. H. FABRICII *Biblioth. Græc. Libr. VI. Cap. I. §. 12. p. 37.* (b) de quo J. A. SCHMIDTUS in *Programm. de Corporibus Doctrinæ Philippico, Pomeranico, Prutenico &c.* (c) *Lib. XIV. Cap. 2. §. II.*

§. III.

Venia autem dabitur distributim *Corporis Exercitia* examinantibus. Ita in specie quoad *oculos*, deprehendere licet varia Studiosi artificia, ubi Hic fursum; Ille deorsum; Ille per obliquum idque vel ad finistram, vel ad dextram exactissime edidicit venari virgines, ut nihil supra; de quo tamen uno duorum oculorum motu inordinato atque lascivo, ubi vel satius esset sequi exemplum ORIGENIS literaliter unico dicto *Matth. XIX. v. 12.* cæteris omnibus mysticè explicatis, virilia sibi adiumentis, (a) proxime in *P. VII. D. St. Perioch. I. §.*

(a) *Evolv. B. D. ZACH. GRAPHI Colleg. Moral. Theol. MSC. Part. III. Cap. XVII. §. 8.*

§. IV.

De *Lingua Exercitiis*. Hanc cum eos oporteret volubilem reddere ac celerem, non quidem eum in finem, quo more versipellum hominum vociferatione & magno clamore palmam victoriæ, si non eripiant, saltem dubiam & ancipitem reddant, quemadmodum de ECCIO legi poterit apud BUDDIUM (a); sed ut in ipso *παρακαλεσθῆναι* partim docentem asse qui ingeniose conjecturando valeret; partim sua sensa exprimere nitide ac nerve. Verum enim vero sæpius abutuntur eâ, quando scilicet *Moschus* & *Orientalis* suum *Bæoticum*; & *Occidentalis* suum in *unico wie der Kuburte* canere amat. Quam suaviter vero istiusmodi varia vitia & intensionis & anhelitus (b) plenis plateis incedentium nocturno tempore, auribus honestis se insinuent, per se ipsum clarum est. Præsertim cum *Μοῦσα ἐν ἀπαύειν ἐστὶ πλῆσμιόν τε καὶ πρόσαντες.* (c)

(a) In *Diff. de Colloquiis Charitativis &c. Cap. I. proem. §. XVI. (d)*

(b) *Conf. ANONYMI M. H. F. Musicalischer Trichter Cap. IIX. pag. 2.*

sq. (c) Ceu PLUTARCHUS loquitur Cap. IIX. de Serm. Liber inform. §. 114.

§. V.

Quoad *Barbam* hodie quidem non invenimus tot controversias, sicuti olim, risum nobis excitantes. Sic Secul. IX. quærebatur Orientalem inter & Occidentalem Ecclesiam de barba radenda, annon? Mentionem quætionis hujus injicit RATRAMNUS (a) dum, *quid refert, inquit, adjustitia non tantum perfectionem, verum etiam inchoationem barbae detonsio, vel conservatio?* Nec minus studiosi hujus fuerunt veteres Philosophi. Quare & Socrates a Poeta dictus κατ' ἐξοχήν *Barbatus Magister*. Apud Gellium (b) cum quidam palliatus & barba prope ad pubem usque porrecta, æs petens ad panem emendum HERODEM ATTICUM convenisset, quæsit is, quis esset, ille vero vultu objurgatorio Philosophum se esse dixit, ac mirari, quod quærendo quæreret, quod videret. Nec est, quod ex Patrum Seculis de prolixitate Barbae repetamus. Inspiciamus proximum Seculum præteritum. Sic inter alios adducit M. MATTH. GEORG. SCHROEDER (c) ejusdem πρῶτον φιλοσοφίας Studiofissimum CHRISTOPH. PREIBISIUM, qui primis LIPSIENSES docuit, *Rectorem esse mortalem*. Hunc in silva, quam Vallem Rosarum vocant, dormientem aliquando, Venator accedens pro apro habuit ob intricatam & prolixam barbam, emissurus quoque fuisset globulos in ipsum, nisi formam humanam tandem se movendo conspiciendam dedisset. En veterum Barbae exercitia! Hodie autem quis non perspicit contraria! Nostri enim lanuginem, quæ in Adulescentulis primum nata est, de qua *Juvenalis* (d):

Quædam cum primâ refecentur crimina barbâ.

Hebdomadatim vel τρις, και τετρακις, και δωδεκακις και μυριακις, (ut loquamur cum illo sese conquerente ex Act. IV. Scen. III ARISTOPHANIS PLUTI) provocare allaborant, indem man sich des Tages wohl 3. bis 4. mahl radiren lässt, oder selbst radiret.

(a) Lib. IV. contra Græcorum opposita Cap. 5. p 102. (b) Lib. IX. Cap. 2.
(c) In Diff. Hist. Moral. de Misocosmia Eruditorum §. IV.

§. VI.

Percipe Exercitia GULÆ. Utitur quippe Studiosus sapius Illius Symbolo Studentico:

Vina bibunt homines, animalia cætera Fontes,
Absit ab humano pectore potus aquæ,

Sic

Sic bibitur, sic bibitur in aulis PrincipUM!

Quæ & alia ut plurimum præceps sunt via ad magnos excessus, ut hic vel ille ignavia otiove cum æris a parentibus ad studia destinati dilapidatione terat tempus, sive vini frequentius cerevisiæque quam literarum sacris litter, ceu loquitur gloriam & memoriam apud Theologos sempiternis Se- culis consecutus vivacem B FECHTIUS (a) En facile principem in potando atque Liberi Patris genuinum Filium HENRICUM EPPHEN- DORPIUM. GEORGIUS SAXONIÆ DUX gl m. quippe huic 100. florenos dono dederat, FREIBURGIAM miserat, ut literis daret operam sedulo. Hic vero nummos sibi oblatos Bacho, Veneri sacrando misere perdidit (b). Utrum hodierno tempore ejusdem genii Studiosos reperi- re liceat, non inquiram. Testetur de hoc ἀδελφία vulgo die Duhbräu- deren inter pocula contracta (c) ubi invenies, quod etiam ut plurimum contra omnem Philosophorum sententiam, DETUR VACUUM. Felici- ter enim didicerunt evacuare urnam. Sciunt bibere auf Hoff-Recht, more aulico accipi solent pocula, i. e. citra præjudicium actionis & causæ injuriarum (d). Consularem vero, ut isti meminissent cibi *Essæorum* at- que potus (e) & omnino quemadmodum Illi legi, sic Hi literis magis stu- derent. Ast quibus rapimur Furiis!

- (a) In Programm. ad Angelorum Festum Anno 1712. (b) *Evolv. Bernhöff- tige Urtheile* P. I. p. 88. (c) De hac consulas J. C. EICHHORNII *Ζητημάτων* Practicorum ΕΠΙΤΑΣ, quæst. V. It. LIBENTHALII Colleg. Ethic. Exercit. XV. qu. 2. (d) Conf. G. M. HEBERI *Tract. de Fiducia Magistratus* Cap. V. §. 24. pag. 6. (e) Vid. J. CLERICI *Historia Eccles. Duorum Prim. a C. N. Seculorum in Proleg. Sect. I. Cap. V. §. X. (6) & infra (2) pag. 26.*

§. VII.

Nunc ad BRACHII exercitia. Quidam arti Athleticæ, quæ quidem in se & sua natura virium magnitudini atque firmitati inservit teste *Epa- minonda* (a) sæpe student vel adeo, ac si de essentia studiosi esset, negle- ctis interim Scholis Academicis iisque vel publicis vel privatis. Ut hac vice de fine ultimo fileamus, ejus artis abusum attingere paucissimis juvabit. Sic nonnulli nullam aliam ob causam huic arti sese dedunt, quam ne dicam hostem depellant, ut potius arma inimico inferant, idque qui- dem levissimam ob causam, imo interdum nullam, cum vel ex uno verbulo, sequius sæpius ab alterutra parte vel audito vel accepto, ne-

fcio quæ de illatis sibi injuriis quæstioncuncula formentur, mox dato vel ambiguo tantum responso, aut deveniatur ad colaphos, aut ad singulare provocetur certamen. Perpendamus verba FECHTIANA (b) „regnat, ut in civili hominum, ut vocari amant, Politicorum statu, ita „quoque in Academiis lex, cujus execrabile nomen est: *Reputatio Politica & Academica, Burschmaier*. Quod nomen si dixeris, lernam „dixeris omnium malorum. Ejus primum & quasi fundamentale præceptum est: Si non tam læsius ab altero sis, quam læsum te esse ex „studiosorum more existimaveris, piaculum sit, infamia piandum, magistratum adire & instituere querelam, propria vindicta e vestigio sumenda est. Secus qui fecerit, infamis ab universa studiosorum re „publica habetor. Ast tantum quod atque commodum e calamo in chartam elapsa erant hæc verba FECHTIANA, cum incidere illud: μετανοήσατε! Numne θυῶν λεγόντων, Πατέρες θυμημένοι, ὁ μὴ ἀντιθέων τοῖς λόγοις σωφώτερος?

(a) Cap. II. §. 4. (b) Conf. Programma Pentecostale Anni 1712.

§. IIX.

Hactenus de Exercitiis BRACHII *divisim* consideratis; jam quatenus Exercitia *Brachiorum & Pedum conjunctim* considerantur. Sic namque dirigitur corpus in arte saltatoria, ut quia alter pes in iis probasi habetur, æquilibrium extensione & incurvatione brachiorum & pedum servetur, *dahero muß bey einer balance auf der rechten Seite der lincke Arm das portebras machen & vv.* Et *bey einer Coupee, Chasse, chaffe battue*, utrumque brachium a corpore abducitur ne corpus labatur, mediante æquilibrium, brachiorum elevatione & depressione. Et quis nescit, quænam sint requisita corporis i. e. *der Capriolen Schneidereyen bey Menuet, Galliard, Rondeau, Bouree, Ballet, Gavotte, Branle, Passe Pied, Bontade, Schnakade, Mascarade &c.* Quæ & alia sæpe capiunt Studiosos vel ita, ut Musis valedicentes ad Histrionum Theatra transgrediantur. Hi igitur sunt interdum horum exercitiorum corporis fructus. Restant quidem sat multa exercitia corporis studentica, ut ars pingendi, equitandi &c. Verum sic satis. Ecce amabo! Studiosum corpus non ingenium exercentem.

SECT.

SECTIO II.
DE STUDIO INGENIUM, NON CORPUS
EXERCENTE.

§. I

Circa *res ingenium* non possumus intermittere, quin priusquam ad definitionem ejus transimus, homonymiam præmittamus. Sic namque *Ingenii* vocabulum varias admittit significaciones (a) præprimis autem gemino accipi solet sensu, vel pro quadam facultate naturæ; vel pro natura ipsa, quia utriusque & ingenii & naturæ nimis arcta est affinitas & cognatio, ut aliquando merito ingenium pro natura ipsa accipias. (b) Qua in significatione & describitur Illi ingenium, quod sit vis, aptitudo, habilis naturæ animantibus, homini præsertim indita; quo & tendit POLIBIUS (c) gravissimus scriptor, cum mentionem ingenii gentis injicit. Seu fumitur vocabulum *Ingenium* alias generaliter alias specialiter. Illo modo pro complexu omnium intellectus facultatum, judicii nempe, ingenii strictius dicti & memoriæ; Hoc modo pro jam recensita secunda intellectus parte.

(a) vide sis BLIDDEI *diff. de Cultura Ingenii* Cap. I. §. 8. (b) *Evolv. Cui-*
NAN. in *Comm. Juris* Lib. II. Cap. I. in pr. (c) *Lib. I. Cap. 12.*

§. II.

Est igitur CAR. OTTONI THYLLIO (a) ingenium potentia spiritus, per quam homo a natura aut studio redditur promptus & capax ad omnes scientias addiscendas. Seu uti describit *Posssevinus* (b) ingenium est ea indoles, qua facile seu difficulter res aut artes addiscuntur. In quibus verbis: *facile & difficulter* sine dubio vero respectum habuit ad Ingenium, quod vel promptum vel stupidum dici meretur. Verum placeat BUDDEANA definitio (c) quod sit facultas naturalis quælibet facile percipiendi, percepta componendi, composita in bonum ordinem redigendi, in ordinem redacta cum aliis communicandi.

(a) in *Tract. 2do de qualitat. in jus dicente* P. II. Cap. II. *Thes. I. p. 124.*
(b) in *Biblioth. Select. Lib. I. de Cult. Ing. Cap. 10.* (c) in *Element. Philos. Instrum. P. I. Cap. I. §. 47. p. 119.*

§. III.

De *Divisione* ingeniorum, perhorrescimus. Et sane magna est ingeniorum diversitas. Quemadmodum enim inter tot hominum millia nullæ facies per omnia similes, nec ullæ voces; ita suum cuique ingenium

um

um est, suus cuique mos dicente GEORG. SCHÖNBORNERO (a) EDMUNDUM RICHERIUM (b) seu potius MORHOFIUM (c) quinque genera sive classes ingeniorum agnoscentem & JANUM HUARTUM (c) qui tria habilia totque inhabilia affert, utrumque refutatum dedit ex iisdem rationibus M. VOLKMAN CONRAD. POPPO; (d) septem diversas species habilium & inhabilium ingeniorum deprehendimus apud J. J. LEHMANNUM; (e) Percipe præterea ingeniorum triplicem classem LOESCHERIANAM. (f) Hic ingenia in illo scientiæ genere quod Exegefin sacram dirigit, in tres classes distribuit Ubi prima classis est *Decem* Talentorum, cum alius quævis ardua assequi valet; secunda est *Quinque* Talentorum, ubi alius utilia & necessaria penetrat; Tertia est *Unius* talenti, ubi adhuc alius indispensabiliter necessaria discit, verum *difficiliter* juxta *Possavinum*. (g)

(a) Politic. Lib. II Cap. XXIX. p. 161. (b) in obstetrice animorum Cap. IV. §. 7. p. 87. seqq. (c) in Polyhistore Lib. II, Cap. I. §. 42. p. 324. ubi presso pede sequitur sibi dissimulato nomine RICHERIUM, quemadmodum bene observavit B. BUDDEUS in select. Juris & Gent. p. 374. (c) in Scrutin. ingen. Cap. I p. 46. Cap. II. 63. (d) in Diss. de natura animæ speciatim intellectus §. 47. seq. (e) in Comment. Pract. de mutatione studiorum Cap. II. §. 7. 8. p. 28. 29. (f) in Breviar. Theol. Exeg. Edit. Witteb. p. 205. seqq. respectu habito ad Matth. XXV. (g) l. c.

§. IV.

Signa ex quibus ingenium possit cognosci & judicari alii alia constituunt. In genere dicimus *ex dictis, factis & fronte* cognosci potest. Sic *Clystenes* Lycioniorum Tyrannus multis convocatis, in mensa eorum ingenia explorasse refertur (a). Et sicuti est signum vilissimi ingenii loqui de hostibus male; ita sequitur, quod sit signum nobilissimi ingenii loqui de hostibus bene. Nam oppositorum opposita est ratio. *Seneca* (b) putat non posse dici ingenium bonum, in quo non aliquid furoris sit admixtum. In quo quidem non adeo absurde videtur locutus, quia licet non tam quid boni, quam mali sit; affectus tamen per se mali non propterea statim arguant ingenium non bonum; minime gentium, e contra melius concludit PLUTARCHUS, affectus per se mali arguunt ingenium non malum. Quapropter ut boni ingenii signum furor hac vice in tantum habeatur. Ex Frontis constitutione & faciei lineamenti artificiose quomodo colligas, reperis ostensum apud JOH. BAPT. NEAPOLI (c)

(a) HERO-

- (a) HERODOT Lib. VI. (b) De tranquillitat. animi Cap. XV. in fin.
 (c) Lib. IV. Cap. 6.

§. V.

In applicatione atque respectu *objecti* autem varia deprehendimus ingeniorum genera: Sic peculiare ingenium requiritur ad Philosophandum. Nam non omne ingenium Philosophicis Studiis convenit, ceu ostendit per quam eruditissime M. SAM. FRID. WEIZMANNUS a); Nec minus Studium Historicum suum sibi vindicat ingenium, ceu monstratum dedit GOTTL. SAM. TREUERUS (b); Aliud requiritur ingenium ad Poësin; aliud ad Stylum & Oratoriam; iterum aliud ad hanc vel illam, vel istam artem ediscendam exquisitius. Cujuslibet igitur erit sua interiora intrare seque applicare suo genio atque ingenio conformibus maxime.

- (a) in Diff. de ingenio ad philosophandum nato p. t. (b) in Programma de ingenio historico. p. t.

§. VI.

Nec est quod objicias. Si quis ad Philosophiam, Historiam, Poësin &c. natus est, adque hæc studia felix adeptus ingenium, ergo quod est, non debet fieri. Antecedens constat ex assertis, proinde & Consequens sua radiat luce. At enim vero tantum abest ut absolute hæc ita sese habeant, ut potius quodvis suo gaudeat gradu. Neque obstat: Poëta non fit, sed nascitur, ita & in aliis. Respondetur plane in contrarium cum M. F. WEISE: (a) *Poëtae fiunt non nascuntur.* Et si objiceres Philosophiæ operam dare inque ea ingenium exercere, esse peccatum, quia est Seducatrix. Responso jam per se clara est, & quomodo Seducatrix dicatur, de eo vid J. F. WEISSENBORNIUM. (b)

- (a) in Disp. Codri mortem & historice & moraliter examinante. Corolli: V. p. 14. (b) in Diff. de Philosophia Seducitrice ex Oraculo Paulino ad Coloff. 2. 8. detecta &c. §. XII. p. II.

§. VII.

Jam autem de ingenio acuendo. Varia hic quoque dantur Exercitia. Quo faciunt *Loci Dialectici*, ubi exercemus nostrum ingenium, cum volumus rationes alicujus thesæos pro & contra i. e. propositionem quam antea affirmavimus, jam negamus & v. v. ceu in Scholis Logico-Practi-

B

Practi-

Practici ad oculum monstratur. Ubi sic isto assiduo labore longe melius acuitur. Quare bene loquitur OVIDIUS: (a)

Adde quod ingenium, longa rubigine læsum
Torpet, & est multo; quam fuit ante minus.

Quo & spectat, qua tradit ALBER. GENTIL. (b) quod scilicet ingenium hebes multum ab arte possit adjuvari, & quodammodo comparari. Ars quippe perficit naturam. Verum enim vero sic metuo, ne hoc modo Adolescentuli Academias visitantes Superfapientes i. e. Super-Kluge evadant, quia citius ingenium suum feliciter ipsis contingit excolere arteque perficere per eos annos in Academiis, quibus alii morantur in Scholis atque Gymnasiis barbati usque. Respondeo autem in genere. Sapissime fallit, & sapissime falluntur Hi ipsi atque falsi sunt, ut ingenium in annis pubertati proximis elucens, vel elucere ipsis visum, in ætate matura se exerat. Nam sicuti arbor, cito florens, nullum adfert fructum; ita cum par parium sit ratio ingenium juvenis magna promittens, deinde adolescens ut plurimum ad ineptissimas mergitur voluptates, ut adeo citius adolescens, citius sit senescens. Et arbor succo defrutata, deflorescit; Id quod accidit hujus seculi eruditibus precocibus (secundum dici) sapienti sat.

(a) Lib. V. Trist. Eleg. 13. (b) in Tract. de Legat. Lib. III. Cap. V.

§. VIII.

Exercemus ingenium *Mathematica*. Aurum sicuti igne, ita ingenium *Mathematica* probatur CÆSAR. RAO; (a) quippe hæc ars ad omnes scientias viam pandat, juvetque ad eas feliciter addiscendas. (b) Id quod & sine dubio PLATONEM eo adducebat, ut putaret tenaciter, ne quisquam ante ad investigandam quandam disciplinam sese accingeret, quam *Mathematicis* præfidiis instructus esset. Unde & Plato auditorii sui foribus inscripserat: *Nemo Geometria expertus ingrediatur*. Sed ne nimis multi videamur!

(a) in discurs. de laud. Geometr. fol. 96. (b) l. 2. C. de Malef. & Mathematicis.

§. IX.

Satius exercemus porro ingenium *Φιλήκοσι*, quam *Αυτοδιδαστοι*. Quia, verissimus ille est modus experiendi ingenium atque proficiendi gradus,

gradus, cum audis & interrogas diligenter eruditos. Quod quidem PLINIUS (a) de JUNIO AVITO testatur, quando, *semper ita recedebat* inquit, *ut melior factus, & factus erat vel eo, quod audierat, vel quod omnino quaesierat.* Eodem ferme redeunt verba adhortatoria DESID. ERASMI: (b) *Principio, quod caput est, praeceptorem interpretantem non attentus modo, sed & avidus auscultato; non contentus impigre sequi dissententem, aliquoties pravolare contendere.* Quomodo vero nonnulli hic sese agant atque gerant, constat. Cum Hic absens; Ille aures & cogitationes cum lalotriis communicans; Ille praedicta atque praestata non curans fit? Et si qua vel unus atque alter adsit, cursus, ut vocant Philosophicos, Theologicos &c. instituens, tres quatuorve disciplinas volatica aliqua percurfatione delibando; existimat, magnam sibi thesaurum obtigisse, quando vacuo capite, cistas & repositoria chartaceis onerant divitiis, ex quibus olim filius arguere possit, quam diligentem habuerit patrem, cujus vestigia sibi premenda intelligat, quae sunt verba GOTL. SAM. TREUERI. (c)

(a) Epist. XII. 21. (b) in Epistolis pag. 1726. (c) in Diss. de Compens. diaria Eruditione Cap. I. §. XI. p. 12.

§. X.

Exercemus ingenium *disputando*. Provoco ad testimonium DESID. ERASMI, (a) cum ita: *Confliktatio (non gladiatoria) (b) tanquam palaestra ingeniorum nervos animi praecipue tum ostendit, tum excitat, tum adauget.* Quis ibi non videt utroque discrimen ingeniorum, ut vel sapius cogatur profiteri, verba illius Philosophi BIONIS veritate niti, scilicet, *ὅτι ὡς περ οἱ μὴ σῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησιάζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνοντο θεραπάναις ἔτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι τοῖς ἑδνὸς ἀξίοις ἑαυτὸς κατασκελετεύσει.* Proinde quivis exacuet suum ingenium in exercitiis disputatoriis privatis, primum philosophicis, deinde aliis, ne postea cum montes videntur pariturire, nascatur ridiculus mus.

(a) l. c. (b) vid. pag. praeced. Sect. I. §. 8.

§. XI.

Lusu ingenium [quadantenus, exerceret, non inficias es. E contra in ludendo ingenia [maxime elucescere, demonstratum dedit CONRAD.

B 2

HERES-

HERESBACH. (a) Quapropter si tibi adesse choleram atque motus colligas, bonum ingenium arbitreris.

Nam faciles motus mens generosa capit.

(a) de Instit. Princ. Liber. Lib. I. Cap. 3.

§. XII.

Ad *Libros amatorios* quod est, statuimus in his ingenium non esse exercendum. In specie idem prædicatum manebit Fabulas Romanenses vulgo Romainen, exceptis paucissimis. Consulas vero de his DN. PASCHIUM. (a) Nam lectio malorum librorum maxime inficit ingenia, (b) Hæc autem licet non quidem de omnibus Romainen dici possunt, saltem de pluribus. Ergo.

(a) in Disp. de fabulis Romanensibus & antiquis & recentioribus (b) ceu restatur ERASM. ROTERODAMUS in Instit. Princ. Christian. f. 73.

§. XIII.

Non exercetur *multis lucubrationibus atque intempestivis studiis*. Nam & ingenium extinguunt & valetudinem valde offendunt hæc lucubrationes crebriores, experientiâ docente. Ut adeo plus simplici vice optimis Subjectis accidat: *Studeo, studui*, habet in supino STULTUM. (a) Sit igitur modus in rebus, quia alias Minerva nervos minuit und machet *Pappierne Männer*, & ita studeas, ut diutius possis!

(a) Conf. TOB. VOGELII MNEMOZYNOLOGIA p. 57.

§. XIV.

OBJECTIO I. Plane non attinet exercitia ingenii instituere, quia adest præjudicium autoritatis, es sind schon kluge Köpffe genug und braucht man heutiges Tages nicht zu ingeniren, quare forsitan septimum Hærculis laborem susciperes. RESPONSIO. Cura FUTURI est habenda. Assentitur A. BUCHNERUS (a) in futurum, inquit, consulere oportet, ne plane oppressis literis & extinctis ingeniis Respublica aliquid detrimenti capiat. Et si unusquisque hoc uteretur principio, tandem aliquando Aula Minervæ ministris nudata appareret *ὀλιγάς*. Secundo exercendum est ingenium nihil ominis, ut ingeniosos intelligere discas, Nec valet *Exceptio Philaletis* (b) wenn die Handwerker besser studiret, und die Studierende mehr mit der Hand arbeiteten, so würde es auf beydem

den Seiten besser sehn. Ast RESP. Si Fabula vera. Quid? quod hac ratione cohors pigrorum major fieret. Nam multi de omnibus aliquid, & de toto nihil caperent, & sic rerum miserabilis facies, quæ hodiernò die in positivo, tum si non in superlativo saltem comparativo i. e. magis miserabilis redderetur.

(a) Conf. Epist. P. I. Ep. CLXX. pag. 276. (b) In der wahrhaftigen Dohsen' Philosophie pag. 37.

§ XV.

OBJECTIO II. Homines nascuntur jam ingeniosi, ceu ANONYMUS (a) testatur de WATSONIO, Ergo non amplius excolendum est ingenium RESP. Nascitur quidem ingeniosus in gradu inferiori, fit autem magi magisque ingeniosus, seu consequitur ingenium in gradu eminentior. *Excipis* quidem corpus potest Ideas in mente producere atque efficere, Iqua propter potius exercitia corporis instituam, quo postmodum eo nobiliores atque promtiores Ideas & motus corpus in anima producere valeat. Sed hypothefin illam Carthesiano-Andalianam negamus in antecessu. Satagit Clarissimus RUARD. ANDALA (b) genuinus Carthesii Filius quidem probare, unione mentis & corporis physica quæ est sententia Carthesii, nequiquam metaphysica, quo redit Systema Leibnitianum, scilicet quod sicuti mens operetur vere in corpus; ita & vicissim hoc in mentem; imo corpus producere & efficere Ideas varias, in mente, uti hæc iterum in corpore. Concedimus mentem in corpore efficere Ideas non tamen valet reciproce: Ergo & corpus efficit Ideas in mente. Minime, Tantum enim abest ut effective agat corpus in fingendis Ideis, ut potius tantum organice & passive sese habeat. Et ut paucissimis, Estò anima subjectum Informans istarum Idearum quoad capacitatem physicam seu positivam, ut schola loquitur; Corpus vero subjectum informationis illarum Idearum capacitare logica seu privativa. Nec valent, quæ affert § XX. p. 20.

(a) Programmata in Funere MICHAELIS WATSONII, pag. pr. adversa.

(b) in diff. Philosophico-Apologética pro Philosophia Carthesiana de unione mentis & corporis Physica nequiquam Metaphysica §. VI. p. 9.

SECTIO III.

DE PRÆSTANTIA EXERCITIORUM INGENII PRÆ
CORPORIS EXERCITIIS.

B 3

§. I.

§. I.

De Præstantia Ingenii exercitiorum præ exercitiis corporis verba facturis sese offert ex dialecticis locus definitionis. Ubi observamus illorum præstantiorem esse definitionem quam horum exercitiorum corporis scilicet, quapropter & merito illa ipsa exercitia ingenii in se & sua natura sint meliora certum quam quod certissimum est. Compara utriusque exercitiorum descriptiones. Ingenii ita: E. J. sunt studium animæ circa amissam notitiam quorumvis in hominem ante lapsum cadentium juxta præscriptas regulas recuperandam occupatum in DEI gloriam & sui ipsius salutem. E. C. vero sic describeremus: E. C. sunt scilicet actus voluntarii circa elegantem dispositionem omnium membrorum acquirendam occupati, ad totum corpus vel defendendum vel insinuandum, in honorem DEI & sui corporis valetudinem. Illa igitur præstant his. Quam quo præstantior definitio eo præstantius erit definitum.

§. II.

Respecta Propriorum, perspicimus E. J. præstare E. C. Nam Illorum est, hominem in Extrema calamitate non deserere, sed ipsi assistere &c. Hæc autem ibi jam per se cessant, neque optimum Athletam, neque artificiosissimum saltatorem in periculo solantur. Unde patescit, quod quo præstantiora sunt propria E. J. præ E. C. hoc præstantiora sint ipsa E. J. præ E. C.

§. III.

Porro videmus quod non tam facile dentur excessus E. J. quemadmodum quidem in E. C. comperimus. Sic namque multo facilius ampla patet via ad peccandum per E. C. quam E. J. *Objiceret* autem aliquis, 1) apud *Juvenalem* (a) se legisse, quod DEMOSTHENES & CICERO in PHILIPPUM & ANTONIUM sua non impune vibrarint fulmina, cum utrumque largus & exundans letho dederit ingenii fons. Respondetur Tutum non est in eos scribere, qui possunt proferbere. Horum duorum vitia autem non statim vitiant absolute E. J. 2) Corpus excultum sæpe non minimum commendare, siquidem nostrum Seculum magis respiciat alicujus Corpus, quam Ingenium. Resp Negamus consequentiam, quod idcirco E. C. præferenda E. J. Est enim illud falsum principum Foeminarum atque Virginum, quarum modulo nostros non metimus pedes. Interdum quidem contingit DI-
ONI

ONI & ATTICO; verum *iter was gelernet hat* ejus maxima tamen habebitur ratio (b) chariorque apparebit hominibus præprimis Eruditis.

(a) Sat. V. (b) Vid. §. 10. Sect. II.

§. IV.

Uterius argumentari liceret a causis, effectibus, &c. nisi brevitati studeremus. Sic attende, quæ A. BUCHNERUS (a) effert magnopere de Ingeniorum effectibus. Nihil æternum, inquit, in rebus humanis. Præterquam Ingeniorum nostrorum & animorum opera. At quid hic dicam de Effectu E. C. plane non durant in æternitatem. Ergo præstantior effectus testetur de præstantiori causa, ut taceam de commodis publicis E. J.; cum hæc tantum sint priivata. Et ut ab *Oppositis* concludamus. Fiat Syllogismus: Cujus oppositum deterius est opposito alterius, illud altero præstantius est. Atqui oppositum E. J. deterius est opposito E. C. Ergo. Mallem sane esse facie ingra atque tetra, quam altera parte PETRI destitutus. Proinde cum hæc in Abstracto ita sint, & ita sunt in concreto, hoc est, si Exercitia ingenii palmam præripiunt Exercitiis Corporis, ideo Studiosi Ingenium exercentes præstantiores erant, corpus exercentibus. Unde Hi aperto capite prius saluent Illos. *Jocando autem contrahemus vela.*

(a) in Epistolarum Part. I. Epist. CXXIV. pag. 211.

§. V.

Sentimus ergo, nos in altum abripi, metuimus ne jam longius, quam destinaveramus, profecti simus. Itaque in portum festinemus inhibiti. Hic proinde nostri propositi sit scopus; Hæc meta esto; Hoc vetum nostrum unicum: Utinam ACADEMIA NOSTRA, ea in posterum abundet Ingeniorum copia, ut non tam quærere, quam sumere ex multis optimum quemque liceat, cui tradantur munera publica Reipublicæ. TIBI vero VIR PRÆSTANTISSIME Anatom. & Mathem. Super. PROFESSOR. PUBLICE ORDINARIE, de novo gratulamur munere, verus illud acclamentes bona fide: FELICITER! Maeste DETHARDINGE hoc DOMINI favore, maeste, quem proprium TIBI ac perpetuum precamur, quo non amplificetur modo DETHARDINGIORUM nomen illustre ac Decus, sed genus & familia splendidissima etiam accessionibus maximis augetur. *Quod καὶ πρὸς τὰ ἔσχατα* erit votum ac POMERANORUM

FINIS.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

SECT. I.

- Bene Ille Anglus : Ein Schut- Fuchs und ein Complementiste sind zwey gefährliche Thiere.
- II. Vacuum operatur vacuum.
- III. Studiosi definitio in omnium versatur ore.
- IV. Exercitia corporis Hieronymo Cardano solita misocosmiam redolent. *

* Conf. de iis M. JOH. HENR. BEHR in Diff. de superstitione HIERONYMI CARDANI in rebus naturalibus §. VIII. pag. 7. & 8.

SECT. II

THEOLOGICUM.

- I Ingenium IOH. CLERICUS exercuit, verum non semper ad vera. (*)

(*) Evolv. J. H. a SEELEN Select. observat. de Poëtis, eorundemque dictis in N. T. citatis §. 3.

POLITICUM.

- II. Ingenium Speculativum sive Platicum omnium minime aptum est ad ordinem aut leges in Republica constituendas. (**)

(**) Conf. F. W. BIERLINGII diff. de Eruditione Politica §. VIII p. 26. *

HISTORICUM.

- III. Ingenium HIERONYMI omnino stupendum fuit ac monstrosum, si vera sunt verba AUGUSTINI: Nemo hominum scivit, quod HIERONYMUS nescivit. (***)

(***) vid. MART. de GUICHARDO in Notibus GRANZOVIANIS p. 2.

SCHOLASTICUM.


- IV. Magnus educationis humanæ nævus est, quod Ingenii culturam a Memoria Exercitio incipere & Judicii curam negligere soleant. (***)

(***) Leg. C. GODFR. HOFFMANNUS in diff. de Fatis Studii Politici præsertim in Academiis &c. pag. ult. C. IV.


STATISTICUM.

- V. Hodie cum PAULO II, P. R. Cultores Ingenii in Studiis litterarum & artium ut Hæreticos RECTOR MAGNIFICUS in Carcerem non conjicit. (****)

(****) Conf. HOTTINGERUS H. E. P. IV. Sec. XV. p. 158.







...na classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVA-
...aspera ad astra itur per varios casus per tot di-
...Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore
...um vitæ extremum inter munera naturæ ponat
...ne dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores
...HERCULIS ærumnas ducat sævosque labores &
...is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarij Excellentia §. IX. Juncto Pen-
...sursus Studentici de Studiosi Monasterio Academi-
...§. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no-
...runt.

§. II.


...r NOBILISSIMO ex se nato inest Epictetis, So-
...Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet ca-
...lem, i. e. Sie ist im Kopff und nicht auf den
...non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in to-
...vit in mundo, quasi extra mundum, infra coc-
...oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra-
...Loquimur autem præprimis de Politico eeu
...quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II.
...in tempore Stulticiam omnium vitiorum matrem,
...ubitu & commodo erigi. Divites ignobiles ocu-
...Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet.
...virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen
...hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens.
...um NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts
...ydens = Befreyung, naturalem bonitatem, &
...em ducentia. Cum his autem conjunctam de-
...benes animum fidelissimum.

§. III.

...emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher,
...respicit propria, non Personalia. Studer fi-
...nen wackern und edleren Manne decenti. Uni

B 2

contra



the scale towards document